

dum revelata, Rom. II X. 18. beatitudo fidelium salus est in spe, v. 24.

IX. Utramque salutem, & inchoatam & consummatam, eamq; totam, Christus promeruit fidelibus & contulit. Tit. I. 4. 5. Matth. XXV. 21.

X. Laudanda est B. D. Kœnigii modestia, dicentis: *Ipsam Divinam essentiam glorificatis corporis oculis visum iri in alterâ vitâ, nec præfracte negandum, nec ut apodicticum asserendum, sed futurae potius experientie reservandum est.*

XI. Probabile est, Paulum adhuc viatorem, qvoad animam ad plenam gaudiorum cœlestium perceptionem admissum fuisse. II. Cor. XII. 4.

XII. Magno certè argumentorum pondere D. Dannhawerus: *Licet cœlo beatorum in creaturis nomen locumq; simpliciter denegare nolimus, quod à DEO fabrefactum, Hebr. XI. 10. ἀχερονίζει, (τω a. priv. nempe non ad πίναντα sed ad χειρα reflexo) II. Cor. V. 1. à πάς damnatorum distinctum, Ep. Jud. v 6. in quod Elias sublimatus, Paulus raptus, quo datur aliud ψιλόπεγχο, adeoq; Divinum, à creato distinctum: quis tamen auit creationis tempus, diemq; designare? Quis ad hexaemeron restringere?*

---

Disp. XIII.

De

## Morte æternâ.

I.

**A**NIMÆ demortuorum à tempore excessus sui non dormiunt in loco statuē tertio, sed vel cœlesti gloriâ vel pœnis infernalibus afficiuntur. Luc. XVI. 23. II. Cor. V. 8.

II. Major tamen futura est in resurrectione & pœna & gloria, tum diffusione ejusdem ad corpus, tum intensione. Hiob. XIX. 26. 27. II. Thess. I. 7. s.

III. Omnes ferè veteres patres statuunt, animas ante resurrectionem omnes certo receptaculo inclusas neq; gaudium sentire, neq; pœnas. Dorscheus.

C

IV. Ex